UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Ioannes Pp. M. S. Fridericus Epis. S. Restituta V. 27. Mai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Joannes Pp. M. S Fridericus Epiſ.
S. Reſtituta V. 27. Mai.

Timor Dei.

Nihil æquale Deum timenti: Timor enim Dei omnia ſuperat Chryſoſtom.

Da quæſumus omnipotens Deus, vt B. Joannis M. tui atque Pontif. (B. Reſtitutæ V: B. Friderici conf. & Epiſ.) veneranda Solemnitas & deuotionem nobis augeat & ſalutem. Per D. N. Ieſum &c.

Ora pro Sodalibus, &c

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1. S. Ioannes PP. & M, Imperante Iuſtino, & Theodorico Italiæ Rege Ariano, cum Catholici affligerentur ab hoc, ad illum opis cauſa Conſtantinopolim profectus eſt, ſed cum ex mente Hæretici Regis non egiſſet impiè templa hæreticis impetrando captiuus Rauennæ in carcere obijt, & Theodoricus Rex breui ad iudicium Dei euocari ſe ſenſit ſecutuſque fuit.

2. S Reſtituta V. & M. Romana, in paterna domo virginitatem Deo vouens Spiritualibus exercitijs ſe dediderat. Vnde perſecutione imminente Soram ſeceſſit, & iſtic martyrij palmam Virginitatis laureæ Chriſti famula coniunxit.

3 S. Fridericus Epiſ. Leodienſis à Calixto Papa Rom. Remis conſecratus & Colon. Archiepiſ. approbatus, per Schiſmaticū & Simoniacū Antiep. veneno impetitus repetito excæcatus, altero anno ſāctiſſime deceſſit A. 1121